



**G**Aptus defuncto Bericoni (testatibus Metho-  
dio & Iordane) ob plurimas corporis & ani-  
mi uirtutes in regno Gothorum extra patriam con-  
stituto successit. Hic principatum iure belli quæsi-  
tum & propagatum potentia & armis conseruare  
studebat. quippe quemadmodum gentes quas Be-  
rico subegerat, amissam libertatem recuperare, ita  
ipse seruitutis iugum in ipsis conseruare statuerat.  
Nec minor animo eius sollicitudo incessit de conti-  
nuo suorum tumultu sedando. Multi enim ad sedi-  
tiones nati principi et eius iudicibus molesti erant,  
id quod etiam prius in patria fecerant. Verum Ga-  
ptus huiusmodi partim ui, partim promissis in offi-

cio continuit. Præfuit Gaptus circa annum mundi bis millesimum quingen-  
tesimum sexagesimum. Is moriens Augim successorem habuit. Ioan. Mag.  
lib. 1. cap. 16.